



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi  
Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo  
Coloniæ, SS. Theol. Licent.**

**Crombach, Hermann**

**Coloniæ, 1645**

Caput 1. Patria Iacobi, Parentes, & puerilis educatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14591**

IDEA PII SACERDOTIS,

*Sive*

VITÆ R. D.

IACOBI MERLO

HORSTII, PASTORIS

in Pasculo B. V. Mariæ

C A P V T I.

*Patria Iacobi, Parentes, & Puerilis  
Educatio.*

**V**it Iacobus Merlo patriâ *Patria.*  
Gelder, natus in Horst  
pago Diœcesis Ruremun-  
danæ, patre Iacobo Mer- *Parentes.*  
lero, matre Helenâ Mathen,  
fortunæ mediocris, colonis. Annus ei na- *Natalis*  
talis à salute partâ septimus & nonagesi- *annus.*  
mus post millesimum quingentesimum,  
dies 24. Iulij, postridie Translationis SS.  
Trium Regum, pridie S. Iacobi; hinc &  
nomen Iacobi tulit, & in omnem vitam  
cultui SS. trium Regum fuit deditissimus.  
Parentem ei maturè fors acerbior sustu- *Parentis*  
lit; quem ruri milites iniquæ voluntati *mors.*  
A suæ

suæ obnitentem, crudelem in modum in-  
 teremerunt. Ne tamen puer, cui diuina  
 prouidentia maxima quæque dona desti-  
 nabat, à teneris negligetur, duos prouidit  
 eius pueritiæ tutores, matrem in pa-  
 tria, auunculum Coloniae, custodes perui-  
 giles, ne gratiæ baptismalis faceret iactu-  
 ram. Mater pia religiosaq; foemina, tene-  
 ro timorem Dei, vitiorum fugam & vir-  
 tutis amorem cum lacte sensim instilla-  
 uit. Rusticana fuit annis octo ferè primis  
 habitatio & educatio, simplex autem, re-  
 cta sinceraq; unde eximius ille candor  
 animi, quem nulla vnquam postea fuca-  
 ret fallacia, dolus aut fictio: corpus etiam  
 laboribus assuetum obduruit à pueris ad  
 diurnis nocturnas lucubrationes adiun-  
 gendas. Iam tum nouum hunc Ieremiam  
 sibi eligebat ex agro Deus, vt euelleret,  
 & destrueret, & disperderet, & dissiparet,  
 & edificaret, & plantaret. Alium huic  
 Colono destinabat agrum Coloniensem,  
 tot Martyrum irrigatum sanguine, tam  
 foecundum germine Virginum & Con-  
 fessorum fructibus vberimis, vt ibidem  
 cœlesti sparsa semente, totum terrarum  
 orbem ascetico diuinoq; nutriret pabulo.

*Materna  
 educatio.*

*Ierem 1.*

*Ele.*

Elegit vt David, seruum suum, & sustulit *Psal. 77.*  
 eum de gregibus ouium. de postfœtantes accepit  
 eum pascere Iacob seruum suum, & Israël he-  
 reditatem suam. Et pavit eos in innocentia  
 cordis sui, & in intellectibus manuum suarum  
 deduxit eos.

## C A P V T II.

Octennis circa annum 1605. Coloniam ducitur,  
 & ab auunculo matris no piè educatur.

**D**Egebat Coloniae Matris auunculus *Auuncu-  
 lus Iacobè  
 Coloniae.*  
 R. D. Ioannes Horstius, ætate proue-  
 eta Metropolitani templi Vicarius, vitæ  
 morumq; integritate conspicuus, à pieta-  
 te vero præcipuè commendatus, quem  
 R. P. Franciscus Costerus olim Sodalibus  
 Marianis adscripserat, sub huius vigilis &  
 solliciti tutoris disciplina voluit Deus nõ-  
 dum octennè puerũ adulescere, præceptis  
 imbui, formari moribus, vt animi puritas  
 & innocentia, nulla labe grauiore, corpus  
 vero nullo libidinis cõtagio polueretur.  
 Ad hunc A. 1605. 28. Maij Iacobus ab agro  
 cũ Elisæo ad Eliam nutricium suum venit, *3. Reg. 17.*  
 apud quẽ nihil hauriret oculis, aurib. aut  
 alio quouis sensu perciperet, q̃ ingenuo  
 pudori vel honestati morũ aduersaretur.

A 2

Hic